lis fuit in iudeis. Secũda ẽ tarditatis. qualis
fuit in diſcipulis euntib⁹ ĩ emaus ⁊ q̃buſdam
alijs Mat. vlt. Tercia ẽ amoris ſiue pietatis.
⁊ hec ꝓprie nõ eſt dubitatõ: ⁊ talis fuit ĩ Johe.
ſ. quidã horror quo aĩa ad modũ dubitãtis ſe
habz. Unde ambro. Johs nõ fide ſʒ pietate du
bitauit: horrebat enĩ ↄſiderare. ꝙ fili⁹ dei ad ĩ-
ferna deſcẽderet. Greg⁹ tamen aliter exponit.
videlicet ꝙ Johes interrogauerit nõ de aduẽtu
ſuo in carnẽ vel ad paſſionẽ que iã ꝓnũtiaue-
rat: ſʒ vtꝝ ꝑ ſe ad inferna deſcẽdẽt vel aliũ mit
teret ad liberãdos pr̃es. Scdm̃ Hiero. Queſi-
uit ꝑ hec ſi vellet vt ei⁹ aduẽtũ ad limbũ patri
bus nũtiaret. vt eſſet ꝓcurſor ſuus tũc ſicut h
fuerat. Hilari⁹ do ⁊ Criſ. dicũt. ꝙ ꝓdictã inq̃-
ſitõez nõ ꝑ ſe fecit. ſʒ ꝑ diſcipulis ſuis. vt ipis
videntib⁹ ſigna ei⁹ vt ↄtigit. ꝑpenderẽt ipm̃ eſ-
ſe meſſiã quod nondũ credebãt. Alij exponũt
vt nõ ſit illud interrogatiuũ. ſʒ aſſertiuũ ma-
gis. i. firmiter fateor qꝛ tu es meſſias ⁊ nõ aliũ
expectam⁹ Raynerius. Et ſic fides xpiana eſt
magne profunditatis explicite.

## Variatur ſecundo fides. §. v.

ex pte fideliũ ⁊ creditoꝝ ratõne diffuſionis lu-
minis. Licet enĩ ſit eadem fides in maiorib⁹ et
minoribus ſubditis ⁊ ꝑlatis. tum ſupiores de
credendis tenent̃ habere pleniorẽ noticiam q̃
inferiores. quod ſic pt̃ probari. Explicatõ cre
dendoꝝ fit ꝑ reuelatõnez diuinã. eo ꝙ credibi-
lia naturalẽ ratõez trãſcendũt. Unde ſicut re-
uelatõ diuina quodã ordine ad angelos infe-
riores ꝑ ſupiores venit. ⁊ ad hoĩes etiã ꝑ ange
los: ita explicatõ fidei ꝑ ſupiores venit ad infe
riores homines. Sicut autez ſupiores angeli
qui illumiant inferiores de diuinis. habẽt ple-
niorẽ noticiã: ita ſupiores hoĩes ad quos ꝑti
net alios erudire de credẽdis. debẽt habere ple
niorẽ noticiã ⁊ eã magis explicite credẽ Tho.
ſcda ſcde. q. ij. Ad maiorẽ hoꝝ declaratõz no
tanda ſũt ſeptem. Primũ eſt ꝙ ad preceptũ ca
ritatis et ſi om̃es equalit̃ teneant̃. qꝛ illud eſt
de neceſſitate ſalutis: nõ ſic om̃es equaliter te
nent̃ ad credendũ explicite: quia credere expli
cite nõ eſt de neceſſitate ſalutis quo ad om̃es
eq̃lit̃. ſʒ maiores ad hoc tenent̃: qꝛ cũ habeãt
alios ex offitõ inſtruere. plura tenẽt explicite
credẽ q̃ miores Tho. ſcda ſcde. q. ij. Scdm̃ eſt
ꝙ ſimplices cũ nõ teneant̃ om̃ia explicite cre
dere. nõ ſũt examiandi de ſubtilitatib⁹ fidei. ni
ſi q̃n haberet̃ ſuſpitio de eis ꝙ ſint ab hereti-
cis deprauati. qui in his que ꝑtinent ad ſubti
litatem fidei. ſolẽt fidem ſimpliciũ deprauare.
Tho. ſcda ſcde vbi ſupra. Terciũ eſt ꝙ ſi ſim-
plices in ſubtilitatib⁹ fidei deficiãt ex ſimplici
tate. eis nõ imputat̃: ꝓcipue ſi non inueniant̃
doctrine ꝑuerſe adherere. tho. ſcda ſcde. vbi ſu
pra. Quartũ ẽ. ꝙ miores nõ habent fidem im-
plicitã in fide maiorũ. niſi maiores adhererẽt
diuine doctrine. Et ex hoc miores debẽt maio
rib⁹ adherẽ ĩ credẽdis. Unͣ aplš. j. ad Cor. iiij.
Imitatores mei eſtote. ſicut ego xpi Tho. vbi
ſup̃. Quĩtũ ẽ. ꝙ cũ hũana ↄgnitõ nõ ſit regu-
la fidei. ſed veritas diua: nõ ꝑiudicat fidei ſim
pliciũ. qui credũt eos rectã fidez habere error
maiorũ. niſi miores ⁊ ſimplices maioꝝ errori-
bus in ꝑticulari ꝑtinacit̃ adhererẽt. ↄtra vni
uerſalis eccl'ie fidẽ Tho. vbi ſupra. Sextũ ẽ ꝙ
fides vniuerſalis eccl'ie nõ pt̃ deficere. dicen-
te dño petro Luc. xxij. Ego ꝓ te rogaui vt nõ
deficiat fides tua. Et q̃tũ q̃dez ad ꝑſonã petri
intelligit̃ de defectu finali. vt. ſ. ꝙ nõ ꝑiret per
ſiſtendo in negatõis pctõ. Q̃tum ad eccleſiaz
aũt que intelligit̃ in fide petri. ſimplr̃ verꝝ eſt.
qꝛ nõ poteſt fides eccleſie deficẽ. Ratõ quare fi
des eccleſie ĩ generali deficẽ nõ pt̃ eſt: quia di-
uina prudẽtia regit̃. ſ. a ſpũſancto eã dirigen-
te vt nõ erret. Et licet papa ĩ ꝑticulari errare
poſſit. vt in iudicialib⁹ in quib⁹ ꝓcedit̃ ꝑ infor
matõez: al's in his que ꝑtinẽt ad fidem errare
nõ pt̃. ſ. vt papa in determinãdo. etiã ſi vt ꝑti-
cularis ⁊ ꝑuata ꝑſona. Unͣ magis ſtanduz eſt
ſentẽtie pape de ꝑtinẽtib⁹ ad fidẽ. quã in iudi-
tio ꝓferret: q̃ oppinioni quorũcũq3 ſapientũ.
cũ ⁊ cayphas licz malus ꝓphetauerit inſcius
Tho. in quodlib. Septimuz eſt ꝙ maiores ad
quos ꝑtinet alios erudire. tenent̃ in his q̃ ſũt
fidei. ſuo loco ⁊ tpe ratõez reddẽ: iuxta illud. j.
pe. iij. Parati ſꝑ ad ſatiſfactõz om̃i poſcẽti ra
tionẽ de ea q̃ in vobis ẽ fide ⁊ ſpe. Qđ nõ intel
ligit̃ de ratõnib⁹ demõſtratiuis. q̃ adhiberi nõ
poſſũt. ſed ꝑſuaſiuis ad inſtructõz ⁊ defẽſionẽ
ad remouẽdũ impedimẽta fidei. oſtẽdendo nõ
eſſe impoſſibile qđ in fide ponit̃. Om̃i aũt po-
ſcenti intelligit̃ de diſtributõe accomoda. ſ. de
his q̃ parati ſũt credẽ. ⁊ q̃rũt inſtrui. nõ his q̃
parati ſunt deridere. De his enĩ dixit xpc. No-
lite ſanctuz dare canibus ⁊c̃ Rayneri⁹. Hos
docet origenes prudenter eludere. transferẽdo
ſe ad aliam materiam. nõ preciſe tacendo. diſ.
xliij. in mandatis. Et ſic fides xpiana eſt ma-
gna duratione ſeu longitudine.

## Certõ variatur fides. qꝛ. §. vj.

augetur vel minuitur ratõne diſpoſitõnis ho
minis. Nam fides poteſt eſt maior in vno q̃ in
alio ratõne prime veritatis. que eſt vnica ⁊ ſi-
pliciſſima: ſed ex parte nonſolũ credentoꝝ. ſʒ
⁊ ꝑſonaꝝ. rõne maioris explicatõnis vel ma-
ioris deuotõnis. vel maioris illuſtratõis diui-
ne. Ubi ſciẽdũ ꝙ fides creſcit vel ꝑficit qua-
tuor modis. Primo cognitõne q̃tum ad actuz
rõnalis. ⁊ ſic profitiens in cognitõe diuinoꝝ.
dicit̃ creſcẽ ĩ fide. Secũdo ↄſtãtia ⁊ firmitate.
q̃tum ad actum iraſcibilis. ⁊ ſic martires di-
cunt̃ ꝓfeciſſe in fide. Tertõ feruore ⁊ deuotõe.
q̃tum ad actum concupiſcibilis. ⁊ ſic feruen-
tes zelatores fidei dicũt̃ ĩ ea ꝓfeciſſe. Quarto

actione q̃tū ad actū exterioris hoĩs ⁊ ſic acti
ui dicunẽ creſcere in fide per bona opera.

## Ex his oſtenditur fides .§.vij.

alicui⁹ eſſe magna. Primo vt alta de deo ſenti
at. Secūdo vt trāſitoria ꝑ premio eterno con
temnat. Tertiō vt ĩ aduerſis de deo ↄfidat ⁊ ñ
deficiat. Quarto vt a bono opere non deſiſtat.
Primo igiẽ dicitẽ fides alicui⁹ magna vt al
ta de deo ſentiat. vt habuit cēturio cui dictū ē
a dño Mat. viij. Nō inueni tantā fidē in iſrł.
Et q̃tum ad ꝑſonā ei⁹ ex eo dicitẽ. qꝛ a nullo
edoctus fuit. ⁊ tamē diuinitatē credidit. Apl̃i
aūt per verba audita ⁊ miracula viſa credide
runt. Q̃tum autē ad populū gentilē in illo cē
turione ſignatū. ex quo eccleſia ꝑ maiori pte
formata ē: vtiq꞉ altiora de deo ſentit. et magis
explicite populus xp̄ianus q̃ iudaicus in ve
teri teſtamento. Secūdo dr̃ magna vt tran
ſitoria ꝑ ea ↄtēpnat. ſicut habuit moyſes. de q̃
apl̃s ad heb. xj. Fide moyſes grādis fact⁹. ne
gauit ſe eſſe filiū pharaonis: magis eligēs af
fligi cū populo dei. q̃ temꝑalis pc̃ti habere io
cūditatē. vbi Aug⁹ maxie fidei ē ↄtempnē tpa
lem iocūditatē. Tertiō fides dicitẽ magna. vt
in aduerſis de deo ↄfidat ⁊ nō deficiat. Cui⁹ cō
trariū qꝛ fecit petr⁹. fuit ſibi dictū a dño. Mo
dice fidei q̃re dubitaſti Mat. xiiij. Cū. ſ. ambu
lās ſuꝑ aq̃s cepit mergi. Quarto dr̃ magna
cū nō deſiſtit a bono ope. vt ſi ſtatĩ cū a deo pe
tit nō accipit. ſicut fecit mł̃ier chananea: pſe
uerat ĩ ſua petitōne donec obtinēt. Et ſic pt̃ di
ci fides magna ſm dimēſiones. ſ. altitudis quo
ad p̃mū. latitudis quo ad ſcōm qḋ fit per dile
ctionē. profūditas quo ad terciuȝ qḋ fit ꝑ hu
militatē. lōgitudinis quo ad quartū qḋ fit ꝑ
ſeuerādo. Vel aliter magna dicitẽ fides ꝑ altitu
dinē ⁊ ꝓfunditatē q̃tum ad materiā: quia de
diuinitate ⁊ humanitate. Per latitudinem qꝛ
totū pene munduȝ amplectitẽ. Per longitudi
nem. qꝛ ab initō mūdi cepit ⁊ vſq꞉ in finē ſecu
li durabit. Nō ſic ꝑfidie diuerſaꝝ gentium.

## De neceſſitate credēdi .§.viij.

q̃ neceſſariū ſit ad ſalutē credē ſeu habē fidem
oſtēdit xp̄c Mar. vlt̃. dicēs. Qui nō crediderit
ↄdempnabitẽ. Et Joh. iij. Qui nō credit iā iu
dicat⁹ eſt. ſ. ad eternā dāpnatōeȝ. nō ſolū in iu
ditio dei: ſed etiā eccl̃ie militātis. ꝑſuppoſita ꝑ
manētia ei⁹ in ipa infidelitate. apl̃s etiā ad he
bre. xj. Sine fide impoſſibile ē placē deo. Hoc
aūt ſic ꝓbat ſeu declarat. b. tho. ſcda ſcde. q. ij.
arti. iij. In oĩbꝫ naturis ordinatis inuenitẽ. q̃
ad ꝑfectōeȝ nature inferioris duo ↄcurrunt.
Unū qḋ ē ſm ꝓpriū motuȝ. Aliud aūt qḋ ē ſm
motū ſuꝑioris nature. Sicut aqua ſm motuȝ
ꝓpriū mouetẽ ad centrū. ſm vō motū lune mo
uetur circa centrū ſm fluxuȝ ⁊ refluxū. Silr̃
orbes planetarū ſm ꝓpriū motū mouentẽ ꝺ oc
cidēte in orientē. Motu aūt p̃mi mobilis ab ori
ente in occidētē. Sola aūt rōnalis natura cre
ata. hẽ imediatū ordinē ad deū: qꝛ cetere crea
ture nō attingūt ad aliq̃d vniuerſale. ſȝ ſolum
ad aliq̃d ꝑticulare: ꝑticipātes diuinā bonita
tē. vel ĩ eſſendo tm̄ ſic inaĩata. vel etiā ĩ viuen
do vt plante. ⁊ ↄgnoſcendo ſinglaria vt aĩalia
bruta. Natura aūt rōnalis inq̃tuȝ ↄgſcit vni
uerſalē boni ⁊ entis ratōeȝ: hẽ imediatū ordi
nē ad vniuerſale eſſendi p̃ncipiū. Perfectō igr̃
ratōnalis creature. nō ſolū ↄſiſtit ĩ eo qḋ ei cō
petit ſm ſuā naturā: ſed etiaȝ in eo qḋ ei attri
buitẽ ex q̃daȝ ſuꝑnaturali ꝑfectōe dīne bonita
tis. Un̄ ⁊ ſuꝑ dictū ē. q̃ vltima bt̃itudo homĩs
ↄſiſtit in q̃daȝ ſuꝑnaturali dei viſiōe. ad quam
quidē viſionē homo ꝑtingē nō pt̃. niſi ꝑ modū
addiſcētis a deo doctore. ſm illud Joh. vj. Oĩs
qui audit a patre ⁊ didicit venit ad me. Hui⁹
aūt diſcipline fit hō ꝑticeps nō ſtatim. ſed ſuc
ceſſiue ſm modū ſue nature. Oĩs aūt talis ad
diſcēs. oportet q̃ credat ad hoc q̃ ad ꝑfectā ſci
entiā ꝑueniat. Sic etiā ph̃s dic q̃ oportet ad
diſcentē credere. Unde ad hoc q̃ hō ꝑueniat ad
ꝑfectā viſionē beatitudĩs. preexigitẽ q̃ credat
deo. tanq̃ diſcipul⁹ magiſtro docenti. Et q̃uis
multa de deo ꝑ ea que facta ſūt intellecta ↄſpi
ciantẽ. Ut dicitẽ ad Ro. j. tamē altiori mō q̃tuȝ
ad plura ꝑcipit fides. q̃ ratō naturalis ex con
ſideratōne creaturaꝝ. Nec ex hoc iminet homĩ
periculū errādi: qꝛ ſicut ꝑ lumē naturale ĩtel
lect⁹ aſſentit p̃ncipijs: ita ꝑ lumē fidei diuini
tus infuſū. hō aſſentit his que ſūt fidei nō aūt
ↄtrarijs: q̃uis nō poſſit ea reſoluē in p̃ma p̃n
cipia ea clare videndo. Unde ⁊ greg⁹ in mora.
exponēs illud qḋ de⁹ dixit moyſi Exo. xxxiij.
Sta ĩ petra ⁊c̄. ſic ait. In petra moyſes poni
tur vt dei faciē ↄtempletẽ: qꝛ niſi quis fidei ſo
liditatē tenuerit. diuinā p̄ntiaȝ non agnoſcit
de qua ſoliditate de⁹ dixit. Suꝑ hāc petrā edifi
cabo eccleſiā meā. xxiiij. q. j. qꝛ ex ſola. i. ſuper
hanc fidem quam es confeſſus.

## De neceſſitate credendi .§.ix.

aliqua explicite. ⁊ que. Sciendum ſm. b. tho.
ſcda ſcde. q. j. et. ij. q̃ ſemꝑ fuit neceſſariū cre
dere aliq̃d explicite. Et ĩ veteri teſtamēto apd
oĩes natōes ſufficiebat credē illa duo. q̃ ponit
apl̃s ad heb. xj. Accedentē ad deū oportet cre
dere qꝛ eſt. ⁊ q̃ inquirētiū ſe eſt remunerator.
Et in diuino eſſe includuntẽ oĩa que credim⁹
in deo eternalitẽ exiſtere. vt trinitatē ⁊ ꝑfectōes
oĩes in quibꝫ nr̃a beatitudo ↄſiſtit. In fide aũ
ꝓuidētie que ibi notatẽ cū dicitẽ. q̃ inq̃rētiū ſe
eſt remunerator: includuntẽ oĩa que a deo tp̄a
liter diſpenſantẽ ad hoĩm ſalutē. que ſūt via in
bt̃itudinē. vt redemptō facta ꝑ xp̄m. in q̃ ipli
cite ↄtinentẽ incarnatō. paſſio. reſurrectō. ⁊ h⁹
Minores q̃ credendo illa duo expſſe. credebāt ĩ
plicite oēs articulos fidei. ⁊ hoc ſufficiebat eis
Maiores vō vt ꝓphete et alij. habuerūt de qui
buſdā articul' explicitā fideȝ. In nouo aũ teſta
mēto poſt tp̄s gracie reuelate. nō ſufficit illa
duo credē explicite. ſȝ opꝫ q̃ oĩes tā maio
res q̃ miores habeāt explicitā fidē de miſterijs
xp̄i. vt incarnatōis. paſſionis. reſurrectōnis.

aſcẽſionis ⁊ hmõi. ꝑcipue de his que coĩter ſo-
lẽnizat eccľia. ⁊ que publice ꝓponunt̃. aut eti
am de miſterio trinitatis q̃tuȝ ad numeꝝ ⁊ di
ſtinctõeȝ ꝑſonaꝝ: quia hoc exꝓmit̃ ĩ miſterio
incarnatõnis vt dictum eſt ſupra: hoc eñ ꝑ ſe
eſt obiectũ fidei. quia illud ꝓprie ⁊ ꝑ ſe ad obie
ctũ ꝑtinet. ꝑ quod hõ ꝯſequit̃ btitudinẽ: ⁊ qđ
eſt via hominibꝫ veniendi ad beatitudinẽ. hoc
eſt miſteriũ incarnatõnis ⁊ paſſionis ⁊ hmõi.
vnde Augꝰ. Firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ dubi
tes. omnẽ hominẽ qui ꝑ ꝯcubitũ viri ⁊ mulie-
ris ꝯcipit̃ cũ originali peccato naſci. mortiq̃ꝫ
ſubiectũ: ob hoc naturalit̃ naſci filiũ ire. a q̃
ira nullꝰ liberat̃ niſi ꝑ fideȝ mediatoris homĩs
ihu xp̄i. de ꝯſe. di. iiij. Sed vt dictũ eſt in vete-
ri teſtamẽto implicitã. nũc explicitã in nouo
teſtamẽto quo ad adultos. Per accidẽs aũt ⁊ ſe
cũdario ꝑtinẽt ad obiectũ fidei. oĩa que in
ſcriptura ſacra. diuinitꝰ tradita ꝯtinent̃. Sic
ꝙ abrahã habuit duos filios. ꝙ dauid fuit fili
us yſai ⁊ hmõi. ⁊ q̃tũ ad iſta que ſecũdario ꝑ
tinẽt. nõ tenet̃ homo explicite credẽ. ſed ſoluȝ
implicite ⁊ in ꝑparatõne animi. inq̃tũ paratꝰ
eſt credẽ quicq̃d in ſacra ſcriptura ꝯtinet̃. Sȝ
tũc tenet̃ explicite credẽ qñ hoc ei ꝯſtiterit in
doctrina fidei ꝯtineri. ¶ Sed ꝯtra pt̃ ſic argui
Nullꝰ tenet̃ ad id qđ nõ eſt in eius poteſtate.
Sed credẽ aliquid explicite. nõ eſt in eiꝰ pote
ſtate. Dicit̃ eñ ad Ro. x. Quõ credent ei quẽ
nõ audierũt. Quõ audient ſine ꝑdicãte. Quõ
predicabũt niſi mittant̃. Sed ad multos nõ ẽ
miſſus predicator: ergo ⁊c̃. Rñdit. b. tho. ſcđa
ſcđe. q. ij. arti. v. ꝙ ſi in ꝑtãte homĩs dicat̃ ali
quid eſſe excluſo auxilio gracie. ſic ad multa
tenet̃ homo. ad que nõ poteſt ſine gr̃a repare
Sicut ad diligendũ deũ ⁊ ꝓximũ. ⁊ ſimilit̃ ad
credendũ articulos fidei. Sed tñ hoc pt̃ homo
cum auxilio gracie. quod quidẽ auxiliũ q̃buſ-
cũq̃ꝫ diuinitꝰ dat̃. ⁊ miſericordit̃ a deo dat̃: q̃-
bus aũt nõ dat̃. ex iuſticia ĩ penã ꝓcedẽtis pec
cati ſaltẽ originalis nõ dat̃. Ut Augꝰ dicit in
li. de natura ⁊ gracia. Et ad hoc facit quod ha
betur. de pe. diſ. ij. Quicũq̃ꝫ ab illa ⁊c̃.

¶ De obiecto fidei qđ ẽ veritas ꝓma. Ca. IIII

De obiecto fidei. ſciẽduȝ
ꝙ obiectũ fidei ẽ veritas ꝓma. Sȝ
ꝓ huiꝰ maiori declaratõe. nota ſm
b. tho. ſcđa ſcđe. q. j. ar. j. Qđ cuiuſ
libet cognoſcitiui habitꝰ obiectũ duo habet. ſ.
id qđ materialit̃ ꝯgnoſcit̃. qđ eſt ſicut materi
ale obiectũ. Sicut in ſciẽtia geometrie mate-
rialit̃ ſcita ſũt ꝯcluſiones. Formalis võ ratio
ſciẽdi ſũt ꝓncipia demõſtratõis ꝑ que ꝯcluſio-
nes cognoſcũt̃: ſicut etiã quo ad potẽtiã vi
ſiuã obiectũ materiale ẽ color ſiue coloratum
⁊ quaſi formale obiectũ ẽ lux. qua mediãte vi
det̃ coloratũ. Sic igit̃ ſi in fide ꝯſideremꝯ for-
malem ratõnem obiecti. Nihil eſt aliud q̃ veri
tas prima. Nõ eñ fides de qua loquimur aſſẽ-
tit alicui. niſi quia ẽ a deo reuelatũ. Unde ipſi
veritati diuine ĩnitit̃ tanq̃ medio. Si võ con
ſideremꝯ materialiter ea quibꝫ fides aſſentit:
nõ ſolũ eſt ipẽ deus: ſed etiã multa alia que ſub
aſſenſu fidei nõ cadunt. niſi ſm ꝙ habent ali-
quẽ ordinẽ ad deuȝ. put. ſ. ꝑ aliq̃s diuinitatis
effectꝰ homo adiuuat̃ ad tendendũ in diuinaȝ
fruitõeȝ: ⁊ ideo etiã ex hac ꝑte obiectũ fidei eſt
quodãmõ veritas ꝓma. inq̃tũ nihil cadit ſub
fide niſi in ordine ad deũ. Sicut ⁊ obiectũ me
dicine ẽ ſanitas. q2 nihil medicina ꝯſiderat ni-
ſi in ordine ad ſanitatẽ. Et ſic ea q̃ ꝑtinent ad
hũanitatem xp̄i. vel ad ſacramẽta eccleſie. vel
ad quaſcũq̃ꝫ creaturas. ⁊ oĩa illa que ĩ ſacra
ſcriptura credunt̃. cadũt ſub fide: inq̃tum per
hmõi ordinamur ad deuȝ. ⁊ eis etiã aſſentimꝯ
ꝓpter diuinã veritatẽ. Eſt aũt tale obiectũ fi-
dei aliq̃d nõ viſũ circa diuina neq̃ꝫ viſione cor
ꝑali. neq̃ꝫ viſione intellectuali. ſ. clare ⁊ demon
ſtratiue. Uiſũ tamẽ eſt illud aliq̃ modo in ge-
nerali. ſ. ſub ꝯmũi rõne credibilis. Nõ eñ cre-
dẽt quis. niſi videt ea eſſe credenda: vel ꝓpter
euidẽtiã ſignoꝝ. vel aliquid hmõi. Et eadẽ ra-
tõne idẽ eſt nõ ſcitũ. q2 oĩs ſcientia habetur
ꝑ aliqua ꝓncipia ꝑ ſe nota. ⁊ ꝑ ꝯſequens viſa.
Unde oportet quecunq̃ꝫ ſũt ſcita aliquo modo
eſſe viſa. Sed fides eſt de nõ viſis ſeu de nõ ap
parentibꝫ ſm ap̄lm ⁊ Augu. Cõtingere tamẽ
pt̃. ꝙ id quod eſt viſũ vel ſcitũ ab vno homine
etiã viatore. vt ꝙ deꝰ ſit vnꝰ. ſit ab alio creditũ
qui hoc demonſtratiue nõ nouit. id qđ coĩter
homĩbꝫ ꝓponitur vt credendũ. eſt coĩter nõ ſci
tum. Ratõnes aũt que inducunt̃ a ſanctis. ad
ꝓbandũ ea que ſũt fidei. nõ ſunt demõſtratiue
ſed ꝑſuaſiões quedã: manifeſtãtes nõ eſſe im-
poſſibile. quod in fide ꝓponit̃. vel ꝓcedunt ex
ꝓncipijs fidei. ſ. ex auctoritatibꝫ ſacre ſcriptu-
re. Ex his autem ꝓncipijs bene probatur ali-
quid apud fideles. ſicut etiam ex principijs na-
turaliter notis probatur aliquid apud oĩes.

¶ De diſtinctõne credibiliũ. §. j.

per articulos. Nota ſm. b. tho. ꝙ nomen arti
culi ſcđa ſcđe. q. j. arti. vj. ex greco videtur eſſe
deriuatum: arthoron eñ in greco quod in la-
tino articulus dicitur. ſignificat quandam co
actionem aliquarũ ꝑtiũ diſtinctarũ. et ideo ꝑ
ticule corporis ſibinuicem coaptate. dicuntur
membrorũ articuli. Et ſimiliter in gramatica
apud grecos dicuntur articuli quedã ꝑteſora
tõnis coaptate alijs dictõnibꝫ. ad exꝑimenduȝ
genꝰ eaꝝ. numeꝝ ⁊ caſũ. Unde credibilia xp̄i-
ane fidei. dicunt̃ ꝑ articulos diſtingui: inq̃tũ
in quaſdã partes diuidunt̃. habentes aliquã
coaptatõneȝ adinuicẽ. Eſt aũt obiectum fidei
aliquid nõ viſũ circa diuina: ⁊ ideo vbi occur
rit aliquid ſpeciali ratõne nõ viſum. ibi ẽ ſpe-
tialis articulus. Ubi võ multa ſm eandẽ rõeȝ
ſũt cognita vľ incognita. ibi nõ ſũt articuli di
ſtinguẽdi: ſicut aliã difficultatẽ habet ad vidẽ
dũ ꝙ deus ſit paſſus. ⁊ aliã ꝙ mortuus reſur-
rexit: ⁊ ideo diſtinguit̃ articulꝰ reſurrectõnis
ab articulo paſſiõis. Sȝ ꝙ ſit paſſus. mortuꝰ
⁊ ſepultꝰ. vnã ⁊ eandẽ difficultatẽ habent: ita

ꝙ vna ſuſcepta. nõ erit difficile aliaꝫ ſuſcipe. Et ꝓpter hoc om̄ia hec ꝑtinẽt ad vnũ articulũ. ¶ Et ſciendũ ꝙ diſtinctõ credibiliũ ꝑ articulos. fit de his de q̄bꝫ ẽ fides ſcḋm ſe. ⁊ nõ ꝺ his de quibꝫ eſt fides in ordine ad alia. Quia võ fides ꝓncipalit̃ ẽ de his que videda ſꝑam⁹ in patria: ideo ꝑ ſe ad fidẽ ꝑtinẽt illa. q̄ directe nos coadiuuãt ad vitã eternã. Sicut ſũt tres ꝑſone. om̄ipotẽtia dei. miſteria incarnatõis xp̄i ⁊ hm̄oi. Et ſcḋm iſta diſtinguuntur articuli fidei. Quedã võ ꝓponũt̃ ĩ ſacra ſcriptura vt credibilia. nõ q̄ſi ꝓncipalit̃ intẽta. ſꝫ ad ꝓdictoꝝ manifeſtatõeꝫ: ſic ꝙ abrahã hũt duos filios. ꝙ ad tactũ oſſiũ heliſei ſuſcitat⁹ ẽ mortu⁹. ⁊ hm̄oi alia q̄ narrant̃ ĩ ſacra ſcriptura. ad manifeſtatõeꝫ diuine maieſtatis vl̃ incarnatõis xp̄i. Et ſcḋm talia nõ opꝫ articulos diſtinguẽ. Qꝫ aũt diffinit̃ a q̄buſdã articul⁹ ſic. ꝙ ẽ inuiſibilis veritas de deo. artãs nos ad credenduꝫ: magis dat̃ talis diffinitõ ſcḋm ethimologiã. q̄ ſcḋm verã ei⁹ ſignificatõeꝫ. ꝓut a greco deriuat̃. Que etiã ꝑt ſaluari. qꝛ licꝫ ad credẽdũ nc̄citate coactõis nullus arcet̃. cũ credẽ ſit volũtariũ. artat̃ tñ neceſſitate finis. qꝛ accedẽtẽ ad deũ opꝫ credẽ. et ſine fide ĩpoſſibile ẽ placere deo ad heb. xj. Aliter ſaluari non poteſt Tho.

## ¶ De numero articuloꝝ ſci. §. ij.

endũ ꝙ aliq̄ ponũt. xiiij. aliqui tm̄. xij. Pro q̄ruꝫ declaratõe dicit. b. tho. ſcḋa ſcḋe. q. j. arti. viij. ꝙ illa ꝑ ſe ꝑtinẽt ad fidẽ. quoꝝ viſione in vita eterna ꝑfruemur. ⁊ ꝑ que ducimur ĩ vitã eternã. Duo aũt nobis ibi vidẽda ꝓponũt̃. ſ. occultũ diuinitatis. cui⁹ viſio nos bt̃os facit: ⁊ miſteriũ hũanitatis xp̄i. ꝑ quẽ etiã ĩ gloriã filiorũ dei acceſſũ habem⁹. vt dicit̃ ad Ro. v. Unde dicit̃ Jo. xvij. Hec ẽ vita eterna vt cognoſcãt te ſolũ verũ deũ. ⁊ quẽ miſiſti ih̄m xp̄m. Et iõ ꝓma diſtinctõ articuloꝝ ẽ. Qꝫ quedã ꝑtinẽt ad miſteriũ diuinitatis. q̄daꝫ ad miſteriũ hũanitatis xp̄i. qḋ eſt ſacramẽtũ pietatis vt dicit̃. j. ad thi. iij. Circa maieſtatẽ võ diuinitatis tria nob̄ credẽda ꝓponũt̃. Primo quidẽ vnitas deitatis ⁊ ad hoc ꝑtinet ꝓm⁹ articul⁹. Secũdo trinitas ꝑſonaꝝ. ⁊ de hoc ſũt tres articuli ſcḋm tres ꝑſonas. Tertõ ꝓponũt̃ nobis oꝑa diuinitatis ꝓpria Quoꝝ ꝓmũ ꝑtinet ad eſſe nature. ⁊ ſic ꝓponit̃ articul⁹ creatõis. Secũdũ võ ꝑtinet ad eẽ gr̃e ⁊ ſic ꝓponũt̃ nob̄ ſub vno articulo oĩa ꝑtinentia ad ſignificatõeꝫ hũanã. Terciũ ꝑtinet ad eſſe glorie. et ſic ponit̃ ali⁹ articul⁹ de reſurrectõne carnis ⁊ vita eterna. ⁊ ita ſũt ſeptẽ articuli ad diuinitatẽ ꝑtinẽtes. Silꝛ circa hũanitatẽ xp̄i ponũt̃ ſeptẽ alij articuli. Quoꝝ ꝓm⁹ eſt de incarnatõe ſeu ꝯceptõe xp̄i. Secũd⁹ de natiuitate ei⁹ ex ꝟgine. Terci⁹ de paſſiõe. morte. et ſepultura. Quart⁹ de deſcẽſu ei⁹ ad ĩferos. Quitus de reſurrectõe. Sext⁹ de aſcẽſione. Septim⁹ de aduẽtu ei⁹ ad iudiciũ. Et ſic in vniuerſo ſũt q̄tuordeci. ¶ Quidã tñ diſtinguũt articl'os in. xij. Sex ꝑtinẽtes ad deitatẽ. ⁊ ſex ad hũanitatẽ. Tres em̄ articl'os triũ ꝑſonaꝝ cõꝓhẽdũt ſub vno. qꝛ eadẽ eſt cognitõ triũ ꝑſonaꝝ. Articulũ de oꝑe glorificatõis diſtinguũt in duos. ſ. in reſurrectõeꝫ carnis. ⁊ glorificatõꝫ aĩe. Articulũ aũt ꝯceptõis ⁊ natiuitatis ꝯiungunt in vnũ. Iſta ſcḋa aſſignatõ. ſ. xij. videt̃ ꝯmunior ꝓcipue q̄ ad vulgares. Et adaptat̃. xij. apl'is q̄rũ ſimbol⁹. vt ponit. b. tho. in. iij. Et hoſtiẽ. in ſũma. ibi vide. Sed ꝓma que ponit. xiiij. videt̃ ratõnabilior. Nã q̄uis patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti vna ſit cognitõ q̄ntum ad vnitatẽ eſſentie. que ꝑtinet ad ꝓmuꝫ articulũ. q̄ntum võ ad diſtinctõnem ꝑſonaꝝ. que eſt ꝑ relatõneꝫ originis. quodãmõ in cognitõne patris inducit̃ cognitio filij. Nõ em̄ pater eſſet ſi filiũ non haberet. quoꝝ nexus eſt ſpũſſanct⁹: ꝓpter quod q̄ntum ad hoc bene moti ſũt qui poſuerũt vnuꝫ articulum triũ ꝑſonaꝝ. Sed quia circa ſingulas ꝑſonas ſũt aliqua attẽdenda. circa que ꝯtingit eſſe errorẽ: q̄ntũ ad hoc de tribꝫ ꝑſonis poſſũt poni tres articuli. Arrian⁹ em̄ poſuit patrem om̄ipotentẽ: ſed nõ credidit filiũ eius coequalẽ ⁊ ꝯſubſtantialẽ patri. Et ideo fuit neceſſarium ponẽ articulũ de ꝑſona filij ad hoc terminandũ. Et hac ratõe ꝯtra macedoniuꝫ neceſſe fuit ponẽ articulũ terciũ de ꝑſona ſpũſſancti. Et ſilꝛ ꝯceptõ ⁊ natiuitas poſſũt poni ſub vno articulo: ⁊ etiam reſurrectõ ⁊ vita eterna ſcḋm vnã ratõeꝫ. inq̄ntũ ad vnũ ordinãt̃. Et ſcḋm aliã ratõeꝫ poſſunt diſtingui. inq̄ntũ ſeorſũ habent ſpãles difficultates. ¶ Itẽ nota ꝙ q̄uis vnum deũ eſſe. poſſit eſſe ſcitũ ꝑ demõſtratõneꝫ. quod probat ph̄us in. xij. methaph̄i. tamẽ multa de deo tenem⁹ ꝑ fideꝫ. que ph̄i naturales inueſtigare nõ valuerũt ratõne: puta circa prouidentiam eius ⁊ om̄ipotentiã. ⁊ ꝙ ipſe ſol⁹ ſit colendus. que om̄ia ꝑtinent ad articulũ de vnitate dei. Non fit aũt mentõ inter articulos de ſapientia dei ⁊ ꝓuidentia ſicut de om̄ipotentia: qꝛ om̄ipotentia includit quodãmodo oĩm ſcientiam ⁊ ꝓuidentiã. Potẽtia em̄ in habentibꝫ itellectũ. nõ operat̃ niſi ſcḋm volũtatẽ ⁊ cognitõꝫ. Non em̄ poſſet om̄ia in iſtis inferioribꝫ agẽ q̄ vellet. niſi haberet eoꝝ cognitõeꝫ ⁊ ꝓuidentiã Nomen etiã ip̄m deitatis importat ꝓuiſioneꝫ quandã. Et quia filio ⁊ ſpũiſancto ꝯuenit mitti ad ſanctificandũ creaturã. circa quod plura credẽda occurrũt: ideo circa ꝑſonam filij ⁊ ſpũſſancti plures articuli multiplicãt̃. q̄ circa ꝑſonã patris qui nũq̄ mittit̃. Et de ſacramento eukariſtie inq̄tum eſt ſacramentũ. habet eandẽ ratõeꝫ cũ alijs effectibꝫ gracie ſanctificantis. Unde ſcḋm hoc reducit̃ ad articulum ſanctã eccleſiã ⁊c̄. Inq̄tum võ ꝯſiderat̃. ꝙ ibi corpus xp̄i miraculoſe ꝯtinet̃. ſic cõcludit̃ ſub om̄ipotentia. ſicut ⁊ om̄ia alia miracula que omnipotentie attribuuntur.

## ¶ De ſimbolo in quo .§. iij.

continentur articuli. quid ſit. ⁊ quotuplex ſit. Qꝫtum ad ꝓmuꝫ dicit. b. tho. ſcḋa ſcḋe. q. j. ꝙ nomen ſimboli. eſt acceptũ a collectõne ſentẽtiaꝝ fidei. quia in eo ſunt collecte ille ſentẽtie

ſeu articuli. quas neceſſariū eſt explicite cre-
dere. de his que pertinent ad fidem. que diffuſe
habent̄ in ſacra ſcriptura. Sicut em̄ ait apl's
ad heb. xj. Accedentē ad deum oportet credere
Credere autē nō poteſt quis. niſi veritas quā
credat ei ꝓponatur. Et ideo neceſſariū fuit ve-
ritatem fidei in vnū colligere. vt facilius poſ-
ſit omnib ꝓponi: ne aliquis ꝑ ignorantiam a
fidei veritate deficiat. Et hanc collectōnez ſen
tentiarū importat ſimbolus. Et quia eccleſia
vniuerſalis errare nō poteſt. qm̄ ſpūſancto gu
bernatur. hoc em̄ ꝓmiſit domin⁹ diſcipulis di
cens Joh. xvj. Cū venerit ille ſpūs veritatis.
docebit vos omnē veritatem. Cuz auctoritate
vniuerſalis eccleſie ſimbolū ſit editū: nil incō-
ueniens ibi ꝯtineri poteſt. ¶ Eſt autē triplex
ſimbolū approbatū ab eccleſia. Primum quod
dicitur apoſtoloꝝ. quaſi editum ab apoſtolis.
ſ. credo qd dicitur ſubmiſſe ſeu occulte: qd ex
eo fit. quia tempe ꝑſecutōnis editum fuit. fi-
de nondū publicata. In prima aūt dicit̄ ꝛ cō-
pletorio. quaſi contra tenebras errorum prete
ritorum ꝛ futuroꝝ. Sed aliud ſimbolū. ſ. ſcdm
edituz fuit fide iam manifeſtata. ꝛ eccleſia ha
bente pacem. et ideo publice cantat̄ in miſſa.
De iſto ſimbolo dicit̄. de conſe. diſ. iiij. Bapti-
zandos oportet fidei ſimbolū addiſcere et epi-
ſcopo vel preſbitero reddere. Et intelligitur de
adultis. ꝛ loquit̄ de ſimbolo apoſtoloꝝ. i. cre-
do in deum pa ꝛc̄. vt patet de. c. c. ante. xx. Et
ratōnem hui⁹ ꝛ figuraz aſſignat Rabanus di-
cens. Prius ipſe xp̄c ceci nati oculos luto ex
ſputo facto ſupliniuit. ꝛ ſic ad aquas ſiloe mi-
ſit: quia prius debet baptizandus fide incarna
tionis inſtrui. ꝛ ſic ad baptiſmū credulus ad-
mitti: vt ſciat cuius gracie in eo eſt ꝑticeps. ꝛ
cui iam debitor fiat deinceps. de conſe. diſ. iiij.
ante baptiſmum. ¶ Secundū ergo ſimboluz
dicitur ſimbolū patrū. qui editus fuit in con-
cilio niceno. vt dicit̄ in decre. diſ. xv. §. j. Et ſci
endum q in omnib ſimbolis eadem fidei veri
tas docetur. Sed quia ibi oportet populū dili-
gentius inſtrui de fidei veritate. vbi errores i-
ſurgunt. ne fides ſimpliciū corrūpatur: ꝓpter
hoc fuit neceſſariū plura edere ſimbola. q in
nullo alio differunt. niſi q in vno pleni⁹ expli
catur. quod in alio implicite ꝯtinet̄. ſm q exi
gebat hereticoꝝ inſtantia. Et quia ꝯfeſſio fi-
dei tradit̄ in ſimbolo. quaſi ex ꝑſona totius ec
cleſie que ꝑ fidem vnitur. Fides aūt eccleſie ē
fides formata: ideo ꝯfeſſio fidei in ſimbolo tra
ditur. ſm q cōuenit fidei formate vt dicatur.
Credo in vnū deū. Et etiam ſi qui fideles fidez
nō habent formatā. ad hanc formā ꝑtingere.
ſtudeāt. Et quia nullus error exort⁹ fuit de de-
ſcenſu xp̄i ad inferos: ideo nō fuit neceſſariū
aliquā explicatōez circa hoc fieri. Et ꝓpt̄ hoc
nō iterat̄ in ſimbolo patruz. ſed ſupponit̄ taq̄
determinatū in ſimbolo apoſtoloꝝ. Nō em̄ ſe-
quens ſimbolū abolet ꝑcedens. ſed potius illō
exponit. Et melius dicit̄ in ſimbolo ſanctā ec-
cleſiam. ſine in: ꝛ cōmuni⁹ dicitur ſm leonē.
ſi tn̄ dicat̄ in ſanctā eccleſiā. erit ſenſus. Cre-
do in ſpm̄ ſanctū eccleſiaz ſanctificantē. ita q
referat̄ fides noſtra ad ſpm̄ ſanctū. qui eccleſiā
ſanctificat. Vel ſm Augu. intelligitur q i ec-
cleſia ꝯuerſans credit in deum. de conſe. diſti.
iiij. prima. ¶ Terciū ſimboluz eſt athanaſij. ſ.
Quicūq3 vult ſaluus eſſe ꝛc̄. Sed hoc non ha
bet ratōez ꝛ vim ſimboli. ex eo q athanaſi⁹ cō-
poſuit: quia patriarcha alexandrin⁹ fuit non
papa. ad quē ſolū ſpectat ſimbolū edere. Sed
ex hoc q eccleſia ſeu ſūm⁹ pontifex. vidēs q il-
lud quod ꝯpoſuit athanaſius ꝑ moduz cuiuſ-
dam doctrine. integrā fidei veritatem breuiter
ꝯtinebat: acceptauit et approbauit ꝓ ſimbolo
vt quaſi regula fidei habeat̄. Notandū etiam
q in illo ſimbolo patrum factum in nicena ſi
nodo. dicebat̄ prius in articulo de ſpūſancto.
Et in ſpm̄ ſanctū ex patre ꝓcedentem ꝛ patre
filioq3 coequalez ꝛc̄. Et in geſtis ꝑme epheſine
ſinodi legitur. q ꝑlecto ſimbolo nicene ſinodi
decreuit ſancta ſinodus aliam fidem nulli lice
re ꝓferre. conſcribere vel cōponere ſub ana-
thematis pena. Et idem firmatū eſt in calcedo
nēſi ꝯcilio. Sed poſtmodū ab remouēdum er
rorē grecorū qui inſurrexit circa ꝑſonam ſpūſ
ſancti. ꝛ veritatem declarandā in alio concilio
vniuerſali fuit additū. Et in ſpm̄ ſanctum ꝛc̄.
Qui ex patre filioq3 ꝓcedit. Nec per hoc incur
rit ſententiā excōicatōis ſequens ſinodus ge-
neralis. quia addit ad ſimbolū nicenū: tum q
prohibitō ꝛ ſententia ſinodi epheſine ſe exten-
dit ad priuatas ꝑſonas. quarū nō eſt determi-
nare de fide. Non em̄ ꝑ hmōi ſententiaz gene-
ralis ſinodi. ablata eſt poteſtas ſequenti ſino-
do. nouam editōnem ſimboli facere ad magis
exponendū ꝛ declarandū ipſa contenta in ſim
bolo. Sic enim quelibet ſinodus obſeruauit.
vt ſequens ſinodus aliquid exponeret. ſupra
id quod precedēs expoſuerat. ꝓpter neceſſita-
tem alicui⁹ hereſis inſurgētis. tum etiaz quia
quod additū fuit ſeu cōpoſitū in ſequēti con-
cilio vniuerſali. nō cōtinet aliam fidem q̄ pri-
us. i. contrariam ꝛ aduerſam. quod importat
aliud relatiuū diuerſitatis. ſed eandem magis
declarat. Sic exponit̄ etiam illud apl'i ad ga-
la. j. Siquis vobis aliud euangelizauerit pre
ter id quod vobis euāgelizaui. etiā ſi angelus
de celo: anathema ſit. Credendū ē alios veros
p̄dicatores galatis predicando multa dixiſſe. q̄
non dicit apl's. Nec tn̄ fuerūt excōicati. quia
non dixerunt aliud q̄ apl'us. i. contrarium fi
dei per ipm predicate: q̄uis potuerunt dicere
multa que apl'us non dixerat ad maiorem de-
clarationem dictorum per eum.

## ¶ Compoſitō ſimboli .§. iiij.

pertinet ſolū ad ſūmum pontificem. Et ratio
eſt. quia editō ſimboli fit in ſinodo ſeu cōcilio
generali: ſed ſinodus generalis auctoritate ſo-
lūmodo ſūmi pontificis poteſt congregari. vt
habet̄ in decre. diſ. xvij. ꝑ totum. ergo ad ipm

ſpectat editõ ſimboli. Pro huiꝰ maiori declara
tione dicit. b. tho. ſcđa ſcđe. q. j. ꝙ noua editio
ſimboli neceſſaria eſt ad vitanduꝫ errores in-
ſurgentes. Unde ad illius auctoritatẽ ꝑtinet ſe
tentialiter determinare ea que ſũt fidei. vt ab
omnibus incõcuſſa fide teneat̃. Hoc autẽ ꝑti-
net ad auctoritatẽ ſũmi pontificis. ad quẽ ma
iores ⁊ difficiliores eccleſie queſtiones referun
tur. Dicitur enĩ in decre. diſ. xvij. Et ſunt ver-
ba pelagij pape ſcribentis his qui ꝯuenerant
ad illicitam ꝯuocatõeꝫ Johis conſtãtinopoli
tani. Multis de vno apoſtolicis ⁊ canonicis at
qꝫ eccl'iaſticis ĩſtruimur regulis. nõ debẽ abſqꝫ
ſentẽtia romani põtificis concilia celebrari.
Quapropẽ recte nõ ꝯciliũ ſꝫ veſtꝝ ꝯuẽticulũ
vel ꝯciliabulũ ceſſeat̃: ⁊ q̃cq̃d in eo actũ ẽ. irri
tũ habeat̃ ⁊ vacuũ. Et ita maiores ⁊ difficilio
res queſtiões vt ſancta ſinodꝰ ſtatuit ⁊ bẽa cõ
ſuetudo exegit. ad ſedẽ aplicã ſemꝑ referant̃.
Et. xxiiij. q. j. dicit Innocẽtiꝰ. Quotiens fidei
rõ ventilat̃. arbitror omnes fratres ⁊ coep̃os
nõ niſi ad petrũ. i. ſui nomis ⁊ honoris aucto-
ritatem referre debere. ꝙ per totum mundum
poſſit eccleſijs prodeſſe omnibꝰ: hec ibi. Unde ⁊
xp̃c Luc. xxij. petro dixit quẽ ſũmum pontifi-
cem conſtituit. Ego pro te rogaui petre vt nõ
deficiat fides tua. ⁊ tu aliqñ conuerſus confir
ma fratres tuos. Et ratõ huiꝰ eſt ſm tho. quia
fides vna debet eſſe totius eccleſie. ſm illud. j.
ad Corin. j. Idipſum dicatis omnes ⁊ nõ ſint
in vobis ſciſmata: quod ſeruari non poſſet. ni
ſi queſtio de fide exorta determinaret̃ per euꝫ
qui toti eccleſie p̃eſt. vt ſic eius ſententia a to-
ta eccleſia firmiter teneat̃. Et ideo ſequitur ꝙ
ad ſolã auctoritatẽ pontificis ſũmi. ꝑtinꝫ no
ua editio ſimboli: ⁊ ſimiliter declaratõ creden
dorũ in dubijs occurrẽtibꝰ vt dictũ eſt. Unde ⁊
Hiero. xxiiij. q. j. ſic ait ad damaſũ. Hec eſt fi-
des beatiſſime papa. quã in catholica eccleſia
didicimꝰ. quãqꝫ ſemꝑ tenuimꝰ: in qua ſi minꝰ
perite aut parꝝ caute forte aliquid poſitũ eſt.
emẽdari cupimꝰ a te. qui petri ⁊ fidem ⁊ ſedem
tenes. Si aũt hec noſtra confeſſio aplatus tui
iuditio cõprobatur. quicũqꝫ me culpare volu
erit. ſe imperitũ vel maliuolũ vel etiã nõ ca-
tholicum ſed hereticũ ꝓbabit hec dicit Hiero.
in quodã libello. vbi exponit ſimbolum in fi-
ne. ¶ Et nota ꝙ eccleſia que errare nõ poteſt
⁊ fides que nõ pt̃ deficere. eſt eccleſia romana
et fides romane eccleſie. Unde Hiero. Sancta
romana eccleſia que ſemꝑ ĩmaculata ꝑmãſit.
dño ꝓuidẽte ⁊ beato petro aplõ opeꝫ ferẽte: in
futuro manebit ſine vlla hereticoꝝ inſultatõe
ſ. ꝑualente ſm glo. atqꝫ firma et ĩmobil' omni
tp̃e ꝑſiſtet. xxiiij. q. j. hec ẽ fides. Et. q. e. dicit
Luciꝰ papa. A recta fide ⁊ apoſtolico tramite
ꝓpter vllã ꝑturbatõeꝫ nolite recedere. ſcientes
quia beati qui ꝑſecutõeꝫ paciũt̃ ꝓpter iuſtici-
am: hec eſt aploꝝ viua traditõ. hec vera cari-
tas que predicanda eſt. ⁊ precipue diligẽda fo
uenda et ab omnibꝰ fiducialiter tenenda: hec
ſancta ⁊ apoſtolica mater omniũ eccleſiaruꝫ
xp̃iana eccleſia. ꝑ dei om̃ipotẽtis grãm a tra-
mite aplice traditõnis nũq̃ erraſſe ꝓbat̃. nec
hereticis prauitatibꝰ deprauãda ſuccubuit: ſꝫ
vt in exordio normã fidei xp̃iane ꝑcepit ab au
ctoribꝰ ſuis aploꝝ xp̃i principibꝰ. illibata fide
tenꝰ manet. Ubi glo. dicit ꝙ eccleſia que erra-
re nõ pt̃. dicit̃ nõ papa ſed ꝯgregatõ fideliũ:
qui. ſ. tenẽt fideꝫ. quã docuit petrꝰ cũ alijs apo
ſtolis. Et hec dicit̃ eccleſia romana ⁊ fides ro-
mane eccleſie. ſiue ſint rome ſiue alubi. Et ꝑ
hac orauit xp̃c. xxj. diſ. §. j. Et volũtate labio-
rum ſuoꝝ nõ fraudabit̃. Pelagiꝰ etiã papa di
cit diſ. xxj. Quis vniuerſe ꝑ orbẽ catholice ec
cleſie. vnꝰ thalamꝰ xp̃i ſit: tamẽ ſancta roma-
na eccl'ia catholica ⁊ apoſtolica nullis ſinodi
cis ꝯſtitutis ceteris eccleſijs p̃lata ẽ. ſꝫ euãge-
lica voce dñi ⁊ ſaluatoris noſtri p̃matũ obtinu
it. Tu es: inquit. petrꝰ ⁊ ſuꝑ hãc petrã edifica
bo eccleſiã meã. ⁊ infra. Hec ergo prima ſedes
petri romana eccleſia. nõ hebens maculã ne-
qꝫ rugaꝫ. nec aliquid hmõi. glo. arguit et vbi-
cũqꝫ ſunt boni ibi ẽ eccleſia. Et nota ꝙ macu-
la pt̃ referri ad hereſim. ⁊ ruga ad ſciſma. Uel
etiã macula ad mortale. qđ qui habet ⁊ ſi nu-
mero. nõ tamẽ merito eſt de eccleſia. Ut dicit
Hiero. de pe. diſ. j. eccleſia. Hinc etiam Hiero.
ait. Qm̃ vetus oriens inter ſe populorũ furo-
re colliſus. indiſciſſam domini tunicã et deſuꝑ
textam minutatim per fruſta decerpit. et xp̃i
vineam exterminãt vulpes. inter lacos contri
tos qui nõ habent aquã ⁊ difficile vbi fons ſi-
gnatus ⁊ ortus ille concluſus ſit. poſſit intelli
gi. Ideo mihi cathedrã petri. ⁊ fidẽ aplico ore
laudatã cenſui ꝯſulendã: inde nũc anime mee
poſtulans cibũ. vnde olim xp̃i veſtimenta ſu-
ſcepi. Neqꝫ do vaſtitas tanta elementi liquen-
tis. ⁊ interiacẽs latitudo terraꝝ. me ab precio
ſe margarite potuit inquiſitõne prohibẽ. Ubi
cunqꝫ fuerit corpus. ꝯgregabunt̃ ⁊ aquile. ꝓ-
fligato a ſobole mala patrimonio apđ nos ſo
los incorrupta patrũ oĩno ſeruat̃ auctoritas
Ibi ceſpite terra ſecũdo dñici ſemis puritateꝫ
cẽteno fructu refert. Hic obruta ſulcis frumẽ
ta. loliũ. auenaſqꝫ degenerãt. Nũc in occidente
ſol iuſticie orit̃. In oriẽte aũt lucifer ille q̃ ceci
derat ſuꝑ ſidera poſuit tronũ ſuum. Uos eſtis
lux mũdi. vos ſal terre. vos vaſa aurea et ar-
gẽtea. Hinc vaſa teſtea. virgã ferreã ⁊ eternuꝫ
operiunt̃ incendiũ. Quis igit̃ tui me terreat
magnitudo. tñ inuitat hũanitas. A ſacerdote
victimã ſalutarẽ. a paſtore preſidiũ ouis fla-
gito. Faceſcat iuidia romani dominij recedat
ambitõ. Cũ ſucceſſore piſcatoris xp̃i diſcipulo
loquor: ego nullũ premiũ niſi xp̃m ſequẽs be-
atitudini tue. i. cathedre petri cõione ꝯſortior
Suꝑ illã eccleſiã fundatã ſcio. quicũqꝫ extra
domũ agnũ comederit. ꝓphanus ẽ. Si quis in
noe archa nõ fuerit. ꝑibit regnãte diluuio. hec
om̃ia Hiero. ad damaſũ papã. xxiiij. q. j. Qm̃.